



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlv. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. V. De praesenti Basilicae Liberianae constitutione, vna cum nouis aedificijs, quibus eam hac nostra aetate Paulus Quintus Pont. Max, magnificentissime auxit, atque exornauit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

Camera secundum communem estimationem
valorem annuum, ut Guido Ascianus Cardi-
nalis, & Camerarius, ac Capitulum praefati
asserunt, non excedunt, ab eodem Archipresbyter-
ratu separare, & dismembrare, aliasque in pre-
missis opportune providere de benignitate Aposto-
lica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter
alia volumus, quod petentes beneficia Ecclesia-
stica alijs uniri, tenerentur exprimere verum
annuum valorem secundum estimationem pre-
dictam etiam beneficij, cui aliud uniri peteretur,
alioquin unio non valeret; & semper in unio-
nibus commissio fieret ad partes vocatis quorum
intereffet, Capitulum praefatos, & eorum singu-
los a quibusvis excommunicationis, &c. Nec
non fructuum, reddituum, & proventuum Ec-
clesiae sanctae Mariae, & fabricae praedictarum
veros annuos valores praesentibus, pro expressis
habentes huiusmodi supplicationibus inclinati om-
nes, & singulos fructus, redditus, & proventus
applicatos huiusmodi ab eodem Archipresbyter-
atu, Apostolica auctoritate tenore praesentium ip-
sius Guidonis Ascianij Cardinalis, & Camera-
rij ad hoc expresso accedente consensu, perpetuo se-
paramus, ac dismembramus; ac Ecclesiae Beate
Mariae, & fabricae praedictis pro reparatio-
ne, decore, ac ornamento, ac illius, & Cantor-
um, nec non puerorum inibi diuinas laudes de-
cantantium manutentione, diuini cultus
augmento perpetuo applicamus, & appropria-
mus, ita quod liceat Capitulo, & Canonicis
praefatis per se, vel alium, seu alios, omnes,
& singulos fructus redditus, & proventus san-
ctae Pudentianae, & Euphemiae Ecclesiarum,
& annexorum eorundem propria auctoritate
libere percipere, & perpetuo retinere; illosque
in reparationem, & manutentionem, decus, &
ornamentum, nec non utilitatem Ecclesiae Beate
Mariae, & fabricae, & Cantorum, & pue-
rorum praedictorum manutentionem, & alios
eis beneuolus usus conuertere cuiusvis licentia su-
per hoc minimè requisita, &c. Datum Romae
apud sanctum Marcum, anno Incar-
nationis Domini millesimo quingen-
tesimo quadragesimo quinto,
decimotertio Kalendas

Iulij, Pontific.
nostri
anno undeci-
mo.



DE PRAESENTI
BASILICAE LIBERIANAE
CONSTITVTIONE

Vnà cum nouis aedificijs, quibus eam
hac nostra etate Paulus Quintus
Pont. Max. magnificentissime
auxit, atque exornauit.

Caput V.



RIMVM de statu, in quo
in praesenti hac Basilica
consistit, vnà cum partibus
externis dicemus; nec non
ijs, qui beneficijs auxerunt.
Postea ad interna pergemus, de maiori naui
simul cum spectantibus ad ipsam. Tertio de
vtraque minori naui trademus, Sacella de-
scribentes vnà cum Auctoribus.

Præcipua Basilicæ facies ad Orientem re-
spicit; in qua musiuo opere, vt libri initio
scribere cœpimus, elegantissimè expressum
niuis miraculum cernitur, ex quo huius Ec-
clesiæ origo effluxit; præclarum Iacobi, &
Petri Columnæ Cardinalium eximia erga
sanctissimam Virginem pietatis, monumen-
tum: Iacobus, & Petrus de Columna Cardina-
les, & alter eorum, id est Petrus Archipresbyter
faciem anteriorem Basilicæ musiuo opere exorna-
runt. Idem etiam ostendit vtriusque Cardina-
lis sanctissimam Matrem, eiusque Filium
suppliciter venerantis effigies, mira ar-
te, consuetoque Cardinalium ornatu conspi-
cua. Sub opere musiuo amplè porticum cer-
nimus, paulò maiori naui longiorem, octo
pulcherrimis columnis suffultam, quam
Eugenius Tertius fabricauit; ficuti carmina
in eius coronide incisa testantur.

TERTIVS EVGENIVS ROMANVS
PAPA BENIGNVS
OBTVLIT HOC MVNVS VIRGO
MARIA TIBI.

QVÆ MATER CHRISTI FIERI
MERITO MERVISTI
SALVA PERPETVA VIRGINITA-
TE TIBI

ES VIA, VITA, SALVS, TOTIVS
GLORIA MVNDI,
DA VENIAM CVLPIS VIRGINI-
TATIS HONOS.

Et Ho-

Honoph. de sc.
Ecol.

Et Honophrius: *Porticum ante Basilicam cum columnis, & epistilio marmoreo fecit Eugenius Tertius Papa, Pisanus, ordinis Cisterciensis, ex Abbate Trium fontium summus Pontifex factus, ut versiculi indicant.* Platina verò: *Eius autem iussu, & impensa extructa est porticus, vel restituta potius sanctæ Mariæ ad Præsepe, quemadmodum ex inscriptione apparet.* Anno postea 1575. Gregorius XIII. restauravit, velut ibi legitur.

Platin. in vita
Eugen. III.

Eugenij porticū
postquam iuvenem
Greg. XIII. restituit
ad Lateranensem
viam aperit.

GREGORIVS XIII. PONT. MAX. B
EUGENII LABENTEM PORTICVM
DEIECIT, ET MAGNIFICENTIVS
RESTITVIT, VIAM AD LATERA-
NVN APERVIT.
ANNO IVBILEI.
M. D LXXV.

Ad lævam Porticus, Turris Campanarum se extollit, Basilicæ adiuncta, tercentum palmorum altitudinem concludens, structura, atque elegantiæ omnes alias Romanas antecellens. & nonnulli affirmant à Gregorio Vndecimo conditam: qui Auenione discedens Petri sedem Romam reportavit, anno Domini 1376; idibus Ianuarijs, Pontificatus sui septimo. Inter hos Platina: *Indigebant omnia aduentu Pontificis: nam & mensa, & Basilica, & publica, ac privata ædificia ubique ruinamminabantur, que certè magna ex parte restituit, ut Turris suo iussu edificata ad sanctam Mariam Maiorem indicat.* Et Onuphrius: *Gregorius Vndecimus Turrim Campanariam restituit.* Atque huius Pontificis etiam nunc insignia pario marmore insculpta cernuntur. Anno demum superiori, M. DC XV. cum semel atque iterum fuisset è cælo tacta, Paulus Quintus Pontifex Maximus, ut ruinæ, quam minabatur, succurreret, Liberianæ domus religione inuitatus,

Plat. in vita
Greg. XI.

Turris campanarum à Greg. XI. excitata, cibus cælo tacta fuisse, Pauli V. providentia feruata fuisse, nemo scit.

Illustr. ac plene insignis Pauli V. in Deiparam religionis ad potentes monumentum.

Liberianæ domus fuisse, ut dicitur in Columnæ dicitur.

Porticus huius generis fuisse, ut dicitur in Columnæ dicitur.

proprijs sumptibus eam refici, tectum, ac fastigium plumbeis laminis circumtegi, muniturque imperavit. Quia verò maior Campana fuerat effracta, suis impensis restituendam curavit. Illique hæc inscripta tribus ordinibus existunt.

* MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM DEO GLORIAM, ET PATRIAE LIBERATIONEM *

PAVLVS V. PONT. MAX. B
CAMPANAM HANC VITIO
AFFECTAM IN HONOREM MARIE
VIRGINIS REFICI IVSSIT,
ANNO DOM. M. DC. XIV.
PONT. X.

SANCTISSIMA DEI GENITRIX
CHRISTIANI GENERIS ADVOCATA
ORA PRO NOBIS.

C Huius Turris Campanæ, omnes alias, quæ Romæ audiuntur, soni excellentia præcellunt. Ex hac Turri ad sinistrum Eugeniæ porticus, latus, noua, magnificaque sacri vestiarij facies, nouaque Canonicorum domicilia cernuntur, quæ omnia Paulus Quintus à fundamentis extruxit impensis nonaginta millium scutorum, & Capitulo donauit. Augent faciei decorem mirum in modum gentilitia Burghefiorum insignia, duobus Angelis adnixa, ex politissimis marmoribus expressa, vnà cum marmorea tabulæ graphicè exornata, in qua hoc breue elogium.

PAVLVS V. PONT. MAX.
PONTIF. SVI ANNO I.
SALVT. M. DC V.



F

A dextro

62 BASILICAE S. MARIAE MAIORIS

A dextro latere, quod itidē in secunda facie cernitur, quoddam domicilium adest Canonico deferuens; nos verò in delineatione sic effinximus, vt similitudinem illius, in qua sacristia adest, exprimat; sperantes, ab eodem summo Pontifice, vt est egregiè pius, aliquando præstitum iri, vnà cum alterius Turris constructione, ad faciei ornamentum.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



Handwritten text or signature, possibly a name or date, located on the right edge of the page.

ORIENTALIS FACIES LIBERIANA. BASILICAE. CVM ORTHOGRAPHIA TVM NOBILIS SANCTI
CANONICORVM VSIBVS A PAVLO V. PONT. MAX. ADIVNCTARVM TVM QVAE AD LEXAM CONSTRVENDAE EIVSDEM SANCTI



GREGORIVS XIII. PONT. MAX. EVGENII LEXAM
MAGNIFICENTIVS RESTITVIT VIAM AD LATERANIAM

NOBILIS SACELLI ADIVMQUE PERELEGANTIVM AD DEXTERAM PORTICVS
SACRARIUM SANCTISS. DOMNI ERGA DEIPARAM EXIMIA PIETATE VT SPES EST RESPONDEBUNT



UNIVERSITÄT PADERBORN
BIBLIOTHEK



UNIVERSITÄT PADERBORN
BIBLIOTHEK

De hac historia
Vespasian vide
Istph. de bello
Iud. lib. 7. c. 24.
Hanc Romo 1.
ad annos 73.

In Plateæ medio basim fabricauit, atque
columnnam superposuit miræ altitudinis, &
crassitiei; nimirum ex illis, quæ in templo
Pacis apud Forum Romanum aderant à Ti-
to Vespasiano ædificato, nobili Peristylio
exornans, atque gloriosæ Virginis imaginem
Saluatorem gestantis collocans, vndique au-
ro nitentes. Ad columnæ basim aquam con-
duxit, & fontem communi vtilitati condidit.
In columnæ basi, qua Basilicam respicit, hæc
sunt impressa.

PAVLVS V. PONT. MAX.

COLUMNAM VETERIS MAGNI-
FICENTIÆ MONVMENTVM INFOR-
MI SITV OBDVCTAM NEGLE-
CTAMQVE EX IMMANIBVS TEMPLI
RVINIS QVOD VESPESIANVS AV-
GVSTVS ACTO DE IVDÆIS TRIVM-
PHO ET REIPVBL. STATV CONFIRMATO PACI DICAVERAT IN
HANC SPLENDIDISSIMAM SEDEM
AD BASIL. LIBERIANÆ DECOREM
AVGENDVM SVO IVSSV EXPORTA-
TAM ET PRISTINO NITORI RE-
STITVTAM BEATISSIMÆ VIRGINI
EX CVIVS VISCERIBVS PRINCEPS
VERÆ PACIS GENITVS EST
DONVM DEDIT ÆNEAMQVE EIVS-
DEM VIRGINIS STATVAM FASTI-
GIO IMPOSVIT.
ANNO SAL. M. DC. XIV. PONTIFI-
CATVS IX.

Ad dexteram basis partem hos iambos
senarios leges.

IMPVRA FALSI TEMPLA QVONDAM
NVMINIS
IVBENTE MOESTA SVSTINEBAM
CAESARE
NVNC LAETA VERI PERFERENS
MATREM DEI
TE PAVLE NVLLIS OBTICEBO
SAECVLIS

Auerfa à Basilicæ parte sic perge legere.

IGNIS COLUMNNA PRAETVLIT LV-
MEN PIIS
DESERTA NOCTV VT PERMEA-
RENT INVIA
SECVRI AD ARCES HÆC RECLV-
DIT IGNEAS
MONSTRANTE AB ALTA SEDE
CALLEM VIRGINE.

Ad sinistram eiusdem basis partem hos inci-
sos iambos spectabis.

VASTA COLUMNAM MOLE, QVAE
STETIT DIV
PACIS PROFANA IN ÆDE PAVLVS
TRANSTVLIT
IN EXQVILINVM QVINTVS, ET
SANCTISSIMÆ
PAX VNDE VERA EST CONSECRA-
VIT VIRGINI.

Ad cuius honorem, atque venerationem
Paulus Quintus Pontifex Maximus hanc
Indulgentiam largitus est.

Paulus Papa Quintus Ad perpetuam rei me-
moriã. Splendor paternæ gloriæ, qui sua mun-
dum illuminat ineffabili claritate, pia vota fi-
delium de clementia eius sperantium tunc præci-
pue benigno favore profecquitur, cum deuota ipso-
rum humilitas Sanctorum precibus, & meritis
adiuuatur. Cupientes igitur sacræ enee inaurate
Imagini gloriosissimæ Virginis Mariæ, que su-
per marmoream Columnnam de ruinis antiqui
Templi Pacis, nuper à nobis in arcam Basilicæ
eiusdem Beatissimæ Virginis Mariæ Maioris
nuncupate, translata, statuta est, debiti ho-
noris cultum exhiberi; de omnipotentis Dei mi-
sericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Aposto-
lorum eius auctoritate confisi, omnibus & singulis
vtriusque sexus Christianis, qui eandem sa-
cræ imaginem venerantes genuflexi ante il-
lam pro Christianorum Principum concordia,
hæresum extirpatione, ac sanctæ matris Ecclesiæ
exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, qui-
bus diebus id egerint, tres annos & totidem qua-
dragenas de iniunctis eis, aut alias quomodolibet
debitis penitentibus, in forma Ecclesiæ consueta re-
laxamus. Presentibus perpetuis futuris tempo-
ribus valituris. Datum Romæ apud san-
ctam Mariam Maiorem, sub anulo
Piscatoris, die 24. Nouembris

M. DC. XIII. Pon-
tificatus nostri
anno deci-
mo.



F 2 Basili-

PAVLVS V. PONT. MAX.
 COLVMNAM
 VETERIS. MAGNIFICENTIAE
 MONVMENTVM
 INFORMI. SITV. OB DVCTAM
 NE GLEC TAMQVE
 EX. IMMANIBVS. TEMPLI. RVINIS
 QVOD. VE SPE SIANVS. AVGVSTVS
 ACTO. DE. IVDAEIS. TRVMPHO
 ET. REIPVB: STATV. CONFIRMATO
 PACI. DICAVERAT
 IN. HANC. SPLENDIDISSIMAM. SEDEM
 AD. BASILICAE. LIBERIANAE
 DECOREM. AVGENDVM
 SVO. IVSSV. EXPOR TATAM
 ET. PRISTINO. NITORI. RESTITVTA
 BEATISSIMAE. VIRGINI
 EX. CVTVS. VIS CERIBVS
 PRINCEPS. VERAE. PACIS. GENIT^r EST
 DONVM. DEDIT
 AENEAMQ. EIVSDEM. VIRGINIS
 STATVAM. FASTIGIO. IMPOSVIT
 ANNO. SAL. MDCXIII. PONTIF. IX.

Ad dextram huius partem huius latus senarius leges

IMPVRA . FALSI . TEMPLA
 QVONDAM. NVMINIS
 IVBENTE . MOESTA
 SVSTINEBAM. CAESARE
 NVNC . LATA. VERI
 PERFERENS. MATREM. DEI
 TE . PAVLE . NVLLIS
 OB TICEBO . SAECVLIS

Aversa a Basilica parte sic perge legere

IGNIS. COLVMNA
 PRÆTVLIT. IVMEN. PIIS
 DESERTA. NOCTV
 VT. FERMEARENT. IN. VIA
 SECVRI. AD. ARCES
 HÆC. RECIVDIT. IGNEAS
 MONSTRANTE. AB. ALTA. SEDE
 CALLEM. VIRGINE

Ad sinistram eiusdem huius partem huius latus senarius leges

VASTA. COLVMNAM. MOLE
 QVÆ. STETIT. DIV
 PACIS. PROFANA. IN. ADE
 PAVLVS. TRANSTVLIT
 IN. EXQVILINVM. QVINTVS
 ET. SANCTISSIMAE
 PAX. VNDE. VERA. EST
 CONSECRAVIT. VIRGINI

10 20 30
 scala palmorum




6. LATVS AQVILONARE LIBERIANA BASILICÆ IDEMQ DEXTERVM AB ORTV. ID
PRÆNOBILIS SACRARI A PAVLO V. EXTRVCTI AB IMO AVTEM SACELLI QVOD PRÆCIP




10 20 30
Scala palmorum

ORTU INTRANTI CUI AB SUMMO VERSVS ORIENTEM PARS EXTERIOR
PRACIPVO SPLENDORE SIXTVS V. ADIFICAVIT POSTERIORES PARTES INHAERENT.







FACIES OCCIDENTALIS LIBERIANA BASILICÆ ADDITA VTRINQUE ORTHO
MAXIMI PONTIFICES SIXTVS V. AD DEXTERAM S.^{MO} DNI NOSTRI PRÆSEPI PAVLVS V



10 20 30
Scala palmorum

ORTHOGRAPHIA LATERIS ITEM OCCIDENTALIS SACELLORVM QVA.⁶⁶
 TVS V-AD LAVAM IPSTI DEIPARA. MAGNIFICO OPERE EXTRVXERVNT



UNIVERSITÄT PADERBORN
BIBLIOTHEK



Basilicæ sinistra latera Septentrionem respiciunt, ex quo Sacrarij reliquum vnà cum Canonicorum domicilijs se ostendit, & præfertim Turris, & Sixti Quinti Sacellum, quoad externa cernitur magnificè constru-

atum; quod vnà cum Sacristia à nobis indicata atrium definit: ex quo etiam latera, & reliqui tectum lateris Basilicæ cernimus, velut ex delineatione.



Basilicæ caput ad Occidentem respicit, A
vnà cum duabus ianuis à Gulielmo Estou-
teuilla Cardinali Rothomagensi patefactis,
velut ibi est his verbis impressum.

GVLIELMVS EPISCOPVS OSTIEN.
CARDINALIS ESTOVTEVILLA AR-
CHIEPISCOPVS ROTHOMAGENSIS,
ARCHIPRESBYTER HVIVS BASILI-
CAE. M. CCCC LXXIIII.

In quo per ampla Area apparet, quæ dupli- B
ci via Romam versus ducit, nimirum ad
eam partem, quæ magis est hominibus, &
ædibus frequens, à Sixto Quinto Pontifice
patefacta, vt in Archiuio: *De Mense Nouem-
bris magno Populi Romani plausu viam felicem
aperuit à Basilica sanctæ Mariæ Maioris ad Ec-
clesiam sanctissimæ Trinitatis, ac viam sancti
Laurentij in Pane, & Perna in honorem eiusdem
Virginis ab eadem Basilica ad Columnam Tra-*

A *ianam, quam ipse summus Pontifex reiecta gen-
tilitate S. Petro consecravit.*

Ex hac Area etiam Sixti Quinti Sacelli
latus cernitur ad Occidentem respiciens,
per quam oculus transiens vtrarumque mi-
norum nauium extrema attingit, quæ Basi-
licæ Tribunam in medio claudunt, sicut etiã
dextra latera attingit Beatæ Virginis Sacelli,
à Paulo V. constructi. In medio huius partis
in facie Pauli Quinti Pont. Max. insignia,
vnà cum ijs Illustrib. Cardinalis Burghesij,
& Excellentis. Sulmonenf. Principis Ponti-
ficis nepotum cernuntur, cum inscriptione
in marmorea tabula.

SANCTAE VIRGINI
DEI GENITRICI MARIAE
PAVLVS PAPA V.
HVNILIS SERVVS
SACELLVM OBTVLIT
ANNO SALVTIS M. DC XI.
PONTIFIC. VI.



In Area ferè capite Obeliscus se attollit, A
Anno Domini 1587. erectus à Sixto Quinto Pontifice Maximo, post longum tempus, quo obsoletus ante Diui Rochi Ecclesiam, iacuit. is vnus ex ijs existit, qui in Augusti Mausoleo erant apud dictam Ecclesiam pluribus partibus effractus. at hodie eiusdem Pontificis opera Crucis signum videmus, vnà cum Pontificis insignibus, à quatuor basibus lateribus hæc incisa cernuntur.

Ad Orientem,

CHRISTVS PER INVICTAM B
CRUCEM POPVLO PACEM PRÆBEAT, QVI AVGVSTI PACE IN PRAESEPE NASCI VOLVIT.

Ad Meridiem Carinas versus,

SIXTVS V. PONT. MAX. OBE-
LISCVM AEGYPTO ADVECTVM
AVGVSTO IN EIVS MAVSOLEO
DICATVM, EVERSVM DEINDE AC
IN PLVRES CONFRACTVM PARTES
IN VIA AD S. ROCHVM IACEN-
TEM IN PRISTINAM FACIEM RE- C
STITVIM SALVTIFERAE CRVCI FE-
LICIVS HIC ERIGI IVSSIT.
ANNO DOMINI M. D LXXXVII.
PONTIFICATVS III.



Ad Occidentem, viam felicem,
respiciens.

CHRISTVM DOMINVM QVEM
AVGVSTVS DE VIRGINE NASCI-
TVRVM VIVENS ADORAVIT,
SEQVE DOMINVM DICI VETVIT,
ADORO.

Ad Septentrionem,

CHRISTI DEI IN ÆTERNVM
VIVENTIS CVNABVLA LAETISSI-
ME COLO, QVI MORTVI SEPVL-
CHRO AVGVSTI TRISTIS SER-
VIEBAM.

Ad Obelisci Basim aquam Paulus Quin-
tus Pontifex Maximus adduxit, & fontem,
ad communem vtilitatem extruxit.




Hinc


Meridionalis pars
 SIXTVS . V . PONT . MAX .
 OBELISCVM
 Æ . GYPTO . ADVECTVM
 AVGVSTO
 IN . EIVS . MAVSOLEO
 DICATVM
 EVERSVM . DEINDE . ET
 IN . PLVRES . CONFRACTVM
 PARTES
 IN . VIA . AD . SANCTVM
 ROCHVM . IACENTEM
 IN . PRISTINAM . FACIEM
 RESTITVTVM
 SALVTIFERÆ . CHVCI
 FELICIVS
 HIC . ERIGI . IVSSIT . AN . D .
 M D L XXX VII . PONT . III .

Orientalis pars
 CHRISTVS
 PER . INVICTAM
 CRUCEM
 POPVLO . PACEM
 PRÆBEAT
 QVI
 AVGVSTI . PACE
 IN . PRÆSEPE . NASCI
 VOLVIT

Septentrionalis pars
 CHRISTI . DEI
 IN . ÆTERNVM . VIVENTIS
 CVNABVLA
 LATISIME . COLO
 QVI . MORTVI
 SEPVLCHRO . AVGVSTI
 TRISTIS
 SERVIEBAM



Scala palmorum 10




69
 LATVS BASILICÆ LIBERIANÆ AD MERIDIEM SPECTANS INTRANTI PRINCIPES
 IORVM CÆSIAE, AC SFORTIAE GENTIVM, ET MAGNIFICENTISS. EIVS, QVOD PAVLVS V. PON
 IDEM IN AREA PRO FORIIVS



PORTAS SINISTRAM IN QVO POSTICA PARTES VISVNTVR SACEL-
T MAX. EXTRVXIT ADDITA EST COLUMNA EXIMIA, QVAM PONTIFEX
STATVIT



Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.



Hinc ad Basilicæ dextrum latus pro-
 gredimur, ex quo cernimus Sacelli Pauli
 Quinti externa se attollere meridiem versus
 Tiburtino marmore graphicè elaborato,
 vbi aliquot statuæ resplendent, videlicet
 sancti Epaphræ Episcopi, sancti Pauli Socij
 sancti Matthiæ Apostoli, sancti Matthæi
 Apostoli, & Euangelistæ, sancti Lucæ
 Euangelistæ, sancti Hieronymi Doctoris
 Ecclesiæ.

In facie, in tabula marmorea, hæc ver-
 ba incisâ apparent:

A PAVLVS V. PONT. MAX.
 CELEBERRIMAM DEI GENITRI-
 CIS IMAGINEM EX MEDIA BASILI-
 CA IN SPLENDIDIOREM SEDEM A
 FVNDAMENTIS EXTRVCTAM
 TRANSTVLIT. ANN. PONTIF. VI.

B Hinc etiam versus præcipuè faciei aream
 pergendo, posterior Sacelli pars se exerit à
 Sfortijs erecta; nec non quæ à Cæsij vna
 cum reliquo, quod supereminet, & huius la-
 teris est tectum ad eandem Basilicam spe-
 ctans. A capite verò dum in aream ingredi-
 mur, domicilium & Basilica, de quibus an-
 tea, cernuntur.

